



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Governatore Deo
Distribvta**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§. 5. Etiam qui inuiti sua bona amiserunt, consolatione non carent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

tientia suæ, longanimitatis suæ, fiducia suæ
 Mundo ostendendæ. Nihil deest auibus; *re. Matthi;*
spicite volatilia cali, quoniam neq; serunt, ne- *6. 28.*
quemetunt, neq; congregant in horrea: & Pater
vester caelestis pascit illa. Nonne vos magis plu-
ris estis illis? Pecora in diem viuunt, feris ad
alimenta solitudo sua sufficit. Itaque & vos
Nolite solliciti esse, dicentes: Quid manducabi-
mus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hac
enim omnia gentes inquirunt. Itaque vult
 Christus ea à suis fidelibus non sollicitè in-
 quiri; sed sollicitudinem suã in Deum proj-
 cere omnes, quotquot Deo credunt. *Scit e-*
nim, inquit, pater vester, quia his omnibus in-
digeris. Quare sicut pater filijs suis de cibo,
de potu, de veste prospicit, ita prouidet
 Deus ijs, quorum paupertas hilaris, tuta &
 expedita est. Meliùs curatur, quem Deus cu-
 rat. Curat autem pauperes, quia ob ipsam
 virtutè cura dignos iudicat: vt mox docebo.

§. V.

Etiam qui inuiti sua bona amiserrunt, consolatio-
ne non carent.

Interim, vt & illos consolemur, qui
 diuitias inuiti amiserunt, easque amissas
 nimiooperè dolent, sciant se dolendo non
 fieri ditiores, sed miseriore. Nam idcirco
 eos

eos Deus minùs curat, quia illi nummos na-
 mis curant. Ærario, aut marsupio debet esse
 similis homo. Ærario vel marsupio perinde
 est, siue plenum, siue vacuum sit: si inferis,
 accipit; si aufers, filet. Non gemit, non
 clamat, non vociferatur; seu fur, seu do-
 minus accedat, suo loco manet; idem est illi
 repleti, quod exinaniri. *Interrogata est beata*
memoria Syncretica: Si perfectum bonum est,
nihil habere. Et illa dixit: Valde bonum est hiis
qui possunt. Etenim hi, qui tolerare possunt, tri-
bulationem quidem carnis habent, sed animarum
quiem possident. Itaq; etsi aliquid subinde de-
fit ijs, qui suis bonis exuuntur, atq; ideò ne-
opia laborare, & penuria premi dicantur, id
tamen aliunde compensatur. Mentis quies,
& animæ tranquillitas facit, vt quod carni
deest, non aestimetur. Dominus dedit, Do-
minus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum
est, sit nomen Domini benedictum, ait homo sim-
plex, & rectus, ac timens Deum. At tu, ô im-
patiens, quid clamas? Pecuniam perdidisti!
Fortasse te illa perdidisset. Pecuniam perdidisti!
Sed habuisti. Pecuniam perdidisti! Sed habebis in-
de periculi minus! Pecuniam perdidisti! O te felici-
cem, si cum illa auaritiam perdidisti. Sed si ma-
net illa apud te, es tamen utcumq; felicior, quàm
 tanto

In vitis
 PP. l. 5.

Iob. 1. 21.

tanto malo materia subducta est. Perdidisti pecuniam! & illa quidem quam multos? eris nunc in via expeditior, domi tutior. Non habebis, sed non timebis heredem. Exoneravit te fortuna, si intelligis, & tutiore loco posuit. Damnum putas? remedium est. Desles, gemis, miserum te clamitas, quod opibus excussus es? Tuo vitio ista tibi iactura tam tristis est. Non tam molestè ferres, si tamquam perditurus habuisses. Perdidisti pecuniam! nempe quam, ut tu haberes, alius ante perdiderat. Vide Petrarch. l. 2. de remed. vtr. fort. dial. 13.

§. VI.

Quàm bono dolo Macarius divitem Virginem deceperit, ut gauderet de eo, quod inuita amiserat?

Quid si vel inuito ademptæ opes profint, atque is maximè profit, qui vel maximè videtur nocuisse? Cùm essem astutus, inquit 2. Cor. 12. 16. Apostolus, dolo vos cepi; hoc est, artificiosa solertia, & cauta prudentia vos conuerti. Nam, ut S. Thomas existimat, eo loco, abusu S. Thom. 2. 2. q. 55. art. 4. ad 1. suè in bonam partem accipiuntur. Sic decipi, non est iniuriam pati, sed beneficio affici: ditatque alterum, qui eum dolo bono spoliat. Audi factum felix euentu, forte conatu, quod meritò Helenopolitanus Episcopus Palladii c. 6. Hist. Lausiac.